ac pro re aliqua pu̅cti ex p̅missis non completa compleri p̅missa citata
ex n̅ro pars v̅ra premissa non tenens aut eius successores ad instantiam
partis alterius p̅missa tenentis ac illius posterorum ad officium praesens
Castren̅ Capitan̅ Premislien̅ extunc recessu supradicto quoad reinductione
spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio
stare iuri parere iudicio vadia p̅tacta luere inscriptioni huic sa-
tisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac teneri seque ac suos succes-
sores ad eadem omnia obligat eunque terminum primum peremptum et a-
lios omnes consequentes causa eius terminos semper peremptos vera
infirmitate p̅ maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra
Regnum servitio militari admunimento ad exercitum vel aliis quibus-
vis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quieta-
tionem ultra praxos termos officii p̅fati Castren̅ Premislien̅ dil-
lationem sibi non recipiendo nullasque mones appellationes ac eandem prose-
quendo faciendo ac p̅missa omnia poenis simplicibus vel triplicatis sua-
sionibus suspensionis fatalibus iuris p̅tectione Regni bello conven-
tioneque et aliis omnibus iuris remediis et defensionibus non subter-
fugiendo. Hac sua p̅senti inscriptione ad p̅missa omnia mediante.

Stawski Tutores Eligit

Comparens per̅r coram officio actisque p̅sentibus Castren̅ Capitan̅ Premi-
slien̅ Gnosus Lucas Stawski sanus mente et corpore existendo à
Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et
competentibus recedendo huic autem iurisdictioni Castren̅ Premislien̅ quo-
ad actum p̅sentem attinet se cum successoribus bonisque suis quibus omnibus
totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice
ac per expressum recognovit. Quia ipse mortalitatis suae conscius caducamque
et fragilem rerum humanarum considerans instabilitatem ac nihil pe-
renne aeternum et stabile animadvertens. Consulereque ire cupiens li-
beris et bonis suis morte sua derelinquendis eisdem liberis suis
videlicet Gnosis Joanni ex olim Gnosa Anna Truskolaska consorte
sua primis nuptiis procreato ac Hedvigi ex Gnosa Cathenina Tu-
skowska consorte sua secundi thori progenitae Stawskim filio et
filiae suis et aliis in post divina favente clementia procreandis
et bonis suis omnibus morte sua derelinquendis Gnosos Joannem

et Georgium

et Georgium Stawskich fratres suos germanos in Tutores Curatores bono-
rumque p̅fatorum suorum omnium morte sua derelinquendorum administra-
tores eligit facit constituit et ordinat p̅sentibus. Dans et concedens
eisdem Tutoribus plenariam facultatem omnimodamque potestatem
bona omnia morte sua derelinquenda regendi gubernandi administrandi
et ad meliorem frugem reducendi p̅fatos liberos suos ingenuis et hone-
stis moribus erudiendo educandi filium pro ediscendis artibus liberalibus
in gymnasia tradendi filiam vero in matrimonium elocandi. Aliaque
omnia munia et officia veris tutoribus de iure incumbentia pro fide
et integritate sua peragendi, et omnia in dispositione sua pro tem-
porum et rerum necessitate retinendo. Salva nihilominus facultate eandem
tutoriam cassandi meliorandi tutores mutandi et alios eligendi sibi in
pleno robore reservata. Hac sua p̅senti inscriptione ad premissa
omnia mediante.

Actum in Castro Premisliensi Feria Quinta post Dominicam Quadragesimalem Reminiscere proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo primo.

20/III 1631

Stupnicki Ilnickiey Obligat

Comparens personaliter coram officio actisque p̅sentibus Castren̅ Capitaneali
Premislien̅ Nobilis Iwan Stupnicki Waskowicz sanus mente
et corpore existens à Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis
quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni
Castren̅ Premislien̅ quoad actum p̅sentem attinet secum successoribus
bonisque suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo
palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua pro-
pria et haereditaria infrascripta videlicet tres quartas partes agri excepto
Stayno intereaque agros sitis in haereditate villae Kotowanie in Ter-
ra p̅senti Premislien̅ iacentes. Cum omni eorundem bonorum iure do-
minio et proprietate cumque omnibus ipsorum utilitatibus fructibus pro-
ventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiis et pertinentiis

Iure universis nullis penitus exceptis nec per se suis succes[so]ribusque aut aliquo
piam reservatis sed omnibus in genere et singulis in specie compre[hens]is
generi per speciem et e contra in nullo derogando Verum ita late lon-
ge circumferentiaque prout praefatorum bonorum haereditates in suis
metis et limitibus ab antiquo extensae ac prae[te]ndae et pertinentiae bona
ipsemet regens tenuit habuit et possidebat ac ipsi concernebant
eidemque serviebat. Iam ex nunc et de facto Nobili Athanasio Ilnicki
olim Nobilis Iwani filio et ipsius successoribus in summa ducentorum
florenorum pecuniae polonicae communis monetae et nunc in Regno currentis
quemlibet florenum grossis triginta polonicis computando certi veri iusti
et liquidi debiti mutuataeque pecuniae hinc et ab actu praesenti ad festum
Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturum
et indefecti prohinc exemptionis coninctae bonorum mextis (?) ad aliud
simile Festum Conversionis Sancti Pauli post triennium praesens tunc
venturum et sic consequenter de triennio ad triennium festo ad festum
triennis ac [illegible] et immediate sequenti inscribit inscripsit
obligavit et inadaequat [illegible] inscribit obligat et inadaequat.
Etiam ex nunc idem regens Nobilis Iwan Stupnicki praedictus obligatarius
suo ac eius posteris coram officio praesenti in bona praefata obligata
dat et admittit realem intromissionem et actualem paceficamque possessionem pe[r]
ministerialem quemcunque et Nobiles [illegible] ipsi ab officio praesenti
additos et quacunque volentes officio se acceptantes Regni ad obliga-
tarium suum et ipsius posteros bona praefata obligata tenendi habendi
possidendi illisque pacifice et quiete utifruendi ac ad usus suos suorumque
successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi modo ac
titulo obligatorio Debetque et tenetur memoratus regens Nobilis Iwan
Stupnicki Iwaskowicz prout se ac suos successores inscribit super bonis suis
granatis omnibus ac summis pecuniariis habitis et habendis suprascripto
Nobili Athanasio Ilnicki et illius posteris inscribit et obligat ipsum
et illius successores in dictis bonis obligatis et ratione coninctae bonorum
ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque
conditionis status et sexus existentium usque ad exemptionem bonorum coninctae
summae praefatae totalem et indivisam personalem in omni iudicio et officio
Regni existentium toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere

ac eliberare.

indemnemque cum posteris reddere. Nec non bona praefata obligata tam in toto quam
in parte ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus
in eisdem bonis factis et faciendis tum etiam a quibusvis criminibus
in eaque bona importatis et importandis lueris denique et pluribus ac processibus
iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu iuris dependentibus et in quor-
vis iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis in eisdem bonis obligatis
perductis et perducendis emundare et eliberare mundaque et libera semper
facere ac etiam intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo
bonorum praedictorum dum per ministerialem et Nobiles officio se sequentes non denegabit
imo tenebitur eandem libere et effectualiter dare et admittere dataque et admissa
eadem possessionem et usum fructum praemissorum quavis modo tam per se quam
per [illegible] quasvis submissas et subordinatas personas non adimere nec pra-
pedire. Ipsumque obligatorium suum et illius posteros in dictis bonis obligatis
tam in toto quam in quavis minima parte non iniuriari. Ita ut eadem
bona obligata praedictus obligatarius suis cum posteris quiete et pacifice
vigore praesentis suae inscriptionis obligatoriae tenere et possidere queat usque
ad exemptionem bonorum coninctae ac summae praedictae totalem et indivi-
sam persolutionem. Idque sub vadio Ducentorum florenorum pecuniae polonicae
per praedictum regentem Nobilem Iwan Stupnicki eiusque successores su-
prascripto Nobili Athanasio Ilnicki ac illius posteris ob non complectio-
nem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte to-
ties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Nihilominusque memo-
ratus regens Nobilis Iwan Stupnicki se suosque successores in et super bonis
suis quibusvis omnibus ac summis pecuniariis habitis et habendis suprascripto No-
bili Athanasio Ilnicki ac eius posteris inscribit et obligat Nobilem Na-
stasiam Radylowska consortem suam cum duobus amicis illius de linea
paterna proximioribus consanguineis vel in eventu mortis successo-
res ipsius ad consentiendum per eam de omni et integro iure ipsi refor-
mationis et advitalitatis ac alio quovis per eam in bonis praefatis a praefato
marito suo servatis quovis habitis super inscriptionem praesentem obligatoriam
ad acta quaecunque authentica Regni ante decursum anni adducere
et personaliter statuere ab eaque vel ab eis ut praemissa exequantur efficere
Idque sub vadio similis summae ducentorum florenorum pecuniae polonicae
per praefatum regentem Nobilem Iwan Stupnicki ac eius successores

praefato Nobili Hrehorio Hnicki et illius Successoribus ob non completionem prae-
missorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties
opus fuerit ad solvendum succumbendo. Nihilominus memoratus reginus (?)
Nobilis Iwan Stepnicki praefato Nobili Hrehorio Hnicki ac eius po-
steris dat et concedit plenariam facultatem omnimodamque potestatem in-
scriptionem praesentem obligatoriam ex his Actis Castrensibus authentice depromp-
tam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerit transferendi
et transportandi quae transportata tanti valebit ac si per ipsummet re-
cognoscentem transportaretur. Pro quibus quidem vadio vel vadi-
is modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro se aliqua puncti ex prae-
missis non completa complendo praemissis citatus existens memoratus reginus
Nobilis Iwan Stepnicki aut eius successores ad instantiam praefati
Nobilis Hrehorii Hnicki et illius posterorum Ad officium praesens Ca-
strense Capitaneale Premisliense extunc recessu suprascripto quoad respon-
dendum spectat mediante semper in primo citationis Termino tanquam pe-
remptorio stare iuri parere vadia praefacta luere inscriptioni huic sa-
tisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores
ad eandem omnia obligat eundemque terminum primum peremptorium et alios omnes
consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios tera (?) infirmitate
pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum
servitio militari ad munimenta ad exercitum vel aliis quibusvis dilla-
tionibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem (?)
ad proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem
sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosecutio-
nes faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel tricatis (?)
evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praecavente Terrestri bello con-
vocationibus et aliis omnibus iuris remediis et defensis non sub-
ventione (?) et aliis omnibus ad praemissa omnia mediante
terpugien (?) Hac dicta praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante

Iidem inter se Roborant cum Jaworski

Comparentes personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premisliensibus Nobiles Iwan Stepnicki Waskowicz ab una et Wasili
Jaworski ex altera partibus sani mentibus et corporibus existentes
a Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis [illegible]

recedendo

Corr. [illegible]

recedendo huic autem iuri Iudicio Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem atti-
net se cum successoribus bonisque suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incor-
porando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quili-
bet ipsorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sese suosque succes-
sores in et super bonis suis quibusvis omnibus ac summis pecuniariis habi-
tis et habendis sibi mutuo et invicem una pars alteri ac posteris suis in-
scribunt et obligant Intercisam certam inter se ruptam (?) ratione certarum
rerum et conditionum ibidem contentarum de actu et data in Villa Kotowa (?)
nie die Decima Martii anno praesenti confectam manibus nomine prae-
fati Stepnicki Nobilis Chrycko Hnicki et eiusdem Wasili Jaworski propri-
is subscriptam et sigillatam in omnibus et singulis eiusdem intercisae conditionibus
punctis clausulis articulis vadiis ligamentisque et nexibus quibusvis universis
tam in toto quam in parte firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter
observare omnibusque et singulis illius contentis toties quoties opus
fuerit satisfacere praefatam intercisam ad inscriptionem praesentem Inscriptionem
praesentem ad praedictam intercisam vicissim in toto referendo. Idque sub
vadio Trecentorum et Novem florenorum pecuniae polonicae per partem parti cum
successoribus utriusque partis ob non completionem contentorum intercisae praefatae
omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit
ad solvendum succumbendo. Nihilominus memoratae recognoscentes utraeque partes
se suosque successores in et super bonis suis quibusvis omnibus ac summis pecuni-
ariis habitis et habendis sibi mutuo et invicem una pars alteri ac poste-
ris utriusque partis inscribunt et obligant inscriptionem praesentem roborationis
ex his actis Castrensibus authentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia
ante decursum trium annorum sive coniunctim sive divisim transportandi sub simili et speciali
vadio Trecentorum et Novem florenorum pecuniae polonicae per partem parti cum suc-
cessoribus utriusque partis ob non transportationem inscriptionis praesentis prae-
tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbendo. Pro quibus qui-
dem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro se
aliqua puncti ex praemissis non completa complendo praemissis citata existens
pars una praemissa non tenens aut eius successores Ad instantiam partis alte-
rius praemissa tenentis ac illius posterorum Ad officium praesens Castrense
Capitaneale Premisliense extunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat me-